





7
IN SENSUM ^{1787, 3.}
DECRETI GRATIANI ✓
DIST. I. DE POENITENTIA

CIRCA

DIVINUM
CONFESSIONIS
PRAECEPTUM
COMMENTATIO THEOLOGICA

QUAM
CUM SELECTIS EX UNIVERSA THEOLOGIA
THESISIBUS

IN

ALMA, ELECTORALI, SEMPERQUE CATHOLICA
UNIVERSITATE MOGUNTINA

PRO

SUMMIS IN THEOLOGIA HONORIBUS
RITE CAPESSENDIS

PUBLICO TENTAMINI SUBMITTIT

THEOPHILUS HOBER.

SS. THEOLOGIAE BACCALAUREUS, IN HOSPITALI
AULICO-MILITARI AD S. JOANN. BAPT.
MOGUNTIAE PAROCHUS


DIE XVIII. APRILIS MDCCLXXXVII.

MANE HORA VIII — X, A PRANDIO HORA II — IV.
IN AULA ACADEMICA.

MOGUNTIAE,

EX TYPOGR. ELECT. AUL. ACAD. PRIVIL. APUD J. J. ALEF





AN
EX DECRETO GRATIANI
DOGMA CATHOLICUM
DE
DIVINA INSTITUTIONE
CONFESSIONIS
RECTE IMPUGNETUR?

§. I.

Scopus Dissertationis.

Catholici, ut plurima alia, sic et dogma, quod tenent de divina confessionis privatae institutione, ex Traditione tum *scripta* tum praesertim *orali*, id est, ex perpetua confessionis in Ecclesiis omnibus administratione, atque ex adhaerente illi praxi fidelium sensu, quod ad obtinendam peccatorum post Baptisma commissorum remissionem necessaria sit eorum distincta confessio sacerdoti facienda, demonstrare solent. Cui argumento, ut vim suam detrahant, qui contra sentiunt, ex Historia ecclesiastica et ipsi facta depromunt, atque, ut apparent, contrarias veterum scriptorum sententias colligunt, atque inter has praeprimis locum ex Decreto Gratiani adducunt, quo conscri putant, non necessarium eo tempore habitum fuisse praeceptum consistendi peccata, sed id fidelium arbitrio relictum,

A adeo,

2

adeo, ut confessio secreta Deo facta, cui adjuncta fuerit contritio cordis, jam vim habuerit, gratiae Dei peccatoribus restituendae. Hanc relatam in Decreto isto sententiam tanto magis putant pro universalis Ecclesiae sensu habendam esse, quo luculentius historia testatur, maximam illi decreto tum a Romanis Pontificibus, tum ab Episcopis id acceptantibus, tum ab Academiis delatam fuisse auctoritatem adeo ut illud decretum ceu canonum universalis ecclesiae codex haberetur.

Hac de causa factum est, ut semper, qui ab aevo reformationis dogma catholicum de necessitate confessionis impugnabant hoc decreti loco niterentur Joann. Daillaeus v. Alex. Nat. Tom. 8. Diss. XIV. tum Bertschius in Tract. vom Rechte der Beichtstühle, Halle 1721. Ex quibus sua consarcinavit Eibel: Was enthalten die Urkunden des christlichen Alterthums, Wien 1784. vid. neue Literatur des catholischen Deutschlands 161. St.

Quaestionem istam, num ex decreto Gratiani contraria dogmati Catholico et Ecclesiae illius temporis praxis erui possit? non levis adeo momenti esse per se patet: Unde proposui mihi sine partiam studio, solo veritatis amore ductus sensum decreti inquirere, illumque I. ex ipso loci contextu, II. ex aliis gratiano coaetaneis Theologis, III. ex ipsa Ecclesiae illius temporis atque proxime sequentis mente determinare, adeoque triplici argumentorum genere demonstrare, quod gratiani sententia dogmati catholico hand sit repugnans.

S. II.



§. II.

Locus difficilis ex decreto gratiani.

Ut vero omnibus facile sit et commodum de his, quae in Gratiani locum commentabor, judicare, totum huc transferendum putavi, et quomodo ad suas partes trahere soleant adversarii ejus verba, tum quis sensus iisdem subjiciendas sit, accurate exponendum.

Est autem locus difficilis in decreto Gratiani dist. I. de poenitentia, ubi quaestio talis est, *utrum sola cordis contritione et secreta satisfactione absque oris confessione quisque possit Deo satisfacere? sunt enim qui dicunt, quemlibet criminis veniam sine confessione facta Ecclesiae et Sacerdotibus iudicio posse promereri juxta illud Ambrosii super luc. ad cap. 12. Gratianus mox can. 1 — 5. eam in rem, quod contritione venia peccatorum detur, et Psalmum 50. et Augustini textum adfert. Devius dein omnino a themate suo tum diversorum criminum poenas a jure civili statutas refert, tum docet voluntatem criminis facti aequiparari, quibus extra omnem cum proposita quaestione nexum pertractatis post Can. 30. mirabiliter sane subjicit: *Luce clarior constat, cordis contritione, non oris confessione peccata dimitti.**

Tum Can. 32. sic scribit „*hoc idem probatur aueritate illa Prophetica (II. 30.) in quacunque hora peccator fuerit conversus, et ingemuerit etc. Non enim dicitur: ore confessus fuerit, sed tantum conversus fuerit et ingemuerit, vita vivet,*

A 2 et

et non morietur. Hinc etiam Propheta (Joel 2.) ait:

Can. 33. scindite corda vestra et non vestimenta: ostendens in contritione cordis, quae in ejusdem scissione intelligitur, non in confessione oris, quae pars est exterioris satisfactionis, quam scissuram vestium nominavit, a parte totum intelligens, peccata dimittit.

Can. 34. Hinc etiam per eundem Prophetam Joel Dominus dicit: convertimini ad me in toto corde vestro, et convertar ad vos. Conversio autem dicitur quasi cordis undique verso. Si autem cor nostrum undique a malo ad Deum vertitur, mors suae conversionis fructum meretur; ut Deus ab ira sua ad misericordiam conversus peccati praestet indulgentiam, cujus primo praeparabat vindictam. Unde datur intelligi, quod etiam ore tacente veniam consequi possumus. Hinc etiam Leprosi illi, quibus Dominus praecepit (Luc. 17.) ut ostenderent se sacerdotibus, in itinere, antequam ad Sacerdotes venirent, mundati sunt. Ex quo factum datur intelligi, quod antequam sacerdotibus ora nostra ostendamus, id est, peccata nostra confiteamur, a leproso peccati mundamur. Hinc etiam Lazarus (Ic. 11.) vivus de monumento prodiiit: non prius de monumento est eductus, et postea a Domino suscitatus: sed lapide remoto, quo monumentum claudebatur, in sepulchro revixit et foras vivus prodiiit. Hinc etiam, ut Dominus ostenderet, quod non Sacerdotali iudicio, sed largitate divinae gratiae peccator emundatur, leprosum tangendo mandavit, et postea Sacerdoti sacrificium ex lege offerri praecepit (Math. 8.) leprosus enim

tangit
catoris
negatio
spiciens
negatio
cerdoti
doti p
fert, a
positam
cerdoti
tionem
indulg
re aliq
Proph
suscita
Pl. 1.
17. pe
poenite
rat Pl
neque
agebat
quonia
infern
nullus
vivit
zione
teatur
quo aer
interven
quam
vel ref
surrect
sicut
non p



tangitur, cum respectu divinae pietatis mens peccatoris illustrata compungitur. Unde post trinam negationem Petrus (Luc. 22.) Domino eum respiciente profudit amaras lacrymas, quibus culpam negationis suae diluit. Leprosus semet ipsum Sacerdoti repraesentat, dum peccatum suum Sacerdoti poenitens confitetur. Sacrificium ex lege offeri, dum satisfactionem Ecclesiae iudicio sibi impositam factis exequitur. Sed antequam ad Sacerdotem perveniat, emundatur: dum per contritionem cordis ante confessionem oris peccati veniam indulgetur. Hinc etiam Medici negantur suscitare aliquem, ut resuscitatus confiteatur, dum per Prophetam dicitur Ps. 87. Nunquid Medici resuscitabunt, et confitebuntur tibi? Item (Greg. in Ps. 1. poen.) (a mortuo, ut autoritas ait Eccl. 17. perit Confessio, velut ab eo, qui non est.) Unde poenitens ille qui timore octavae tertius exclamaverat Ps. 6. Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripas me: postea supplicans agebat: saluum me fac propter misericordiam tuam: quoniam non est in morte, qui memor sit tui: in inferno autem nullus tibi confiteatur. Si ergo nullus confitebitur, nisi resuscitatus; nemo autem vivit aeternae gehennae filius et perpetua damnatione dignus; patet, quod antequam quisque confiteatur peccatum, a reatu suae praevaricationis, quo aeterna sibi debebantur supplicia, per gratiam aeternae compunctionis absolvitur. Item si antequam quisque confiteatur, a Domino resuscitatur, vel resuscitatus vivit, dum confitetur, vel post resurrectionem iterum mortuus est, et confitetur. Sed sicut antequam resuscitaretur mortuus, confiteri non poterat, sic post resurrectionem mortuus confiteri

fiteri non valet. Restat ergo ut resuscitatus vivat, dum peccatum confitetur. Habet itaque suscitatorum suum sibi praesentem, seque inhabitantem.

Can. 35. Unde ait Augustinus in Pf. 70. resuscitatus corpore vivit absente suscitatore: non autem sic resuscitatus in anima. Cum enim Deus sit vita animae, anima vero vita corporis: Sicut corpus vivere non potest absente anima, ita non nisi Deo praesente anima vivere valet. Habet itaque anima sibi praesentem Deum per gratiam, qua vivens peccatum suum confitetur, eamque vita, quae Deus est, inhabitat: quam inhabitando vivere facit. Si autem illam inhabitat; ergo templum spiritus sancti facta est: ergo illuminata est, ergo a tenebris peccatorum expiata est: ergo templum Diaboli esse desit, quae ad lucem venit, cujus respectus tenebras fugat. Nulla enim, ut ait Apostolus 2. Cor. 6. conventio Christi ad Belial, nulla participatio lucis ad tenebras, nulla communicatio justitiae et iniquitatis, nullus consensus templo Dei cum idolis. Item ut Christus ait Joan. 3. omnis qui odit malum, in luce agit. Qui autem in luce agit, sicut Augustinus ait, in Christo operatur. Qui autem in Christo operatur, ejus filius probatur. Cujus enim opera quis facit, ejus filius esse perhibetur. Unde quibusdam Dominus ait Joan. 8. si filii Abrahae estis, opera Abrahae facite. Item vos ex patre Diabolo estis, quia opera patris vestri facere non vultis. Nemo autem filius Dei et Diaboli esse potest. Nemo enim ut ipse ait Math. 6. duobus Dominis servire potest.

Can. 36. Item ut ait Joannes in Ep. I. c. 3. qui natus est ex Deo, non peccat. Ergo nec est filius Diaboli. Solo enim peccato filii diaboli sumus. Ergo de ejus regno translati sumus in regnum charitatis filii Dei, et sumus crepti de potestate tenebrarum et facti filii lucis. Cum ergo ante confessionem, ut probatum est, sumus resuscitati per gratiam, et filii lucis facti; evidentissime apparet, quod sola cordis contritione sine confessione oris peccatum remittitur.

Cap. 37. Item Joannes ibid. omnis qui non diligit, in morte manet. Si ergo vivit, et diligit; si diligit, dilectio in corde est: dilectio autem in malo non est. Est enim proprius fons bonorum, in quo non communicat alienus. Ergo bonus est iste factus per gratiam ante confessionem peccati: non itaque malus est: bonus enim et malus aliquis simul esse non potest. Quodsi malus non est, membrum diaboli non esse probatur; nec ergo dignus est gehenna, quae diabolo et membris ejus solummodo debetur: sicut aeterna beatitudo solummodo membris Christi paratur. Non ergo in confessione peccatum remittitur, quod jam remissum esse probatur: fit itaque confessio ad ostensionem poenitentiae, non ad impetrationem veniae, et sicut circumcisio data est Abrahae in signum justitiae, non in causam justificationis; sic confessio Sacerdoti offertur in signum veniae acceptae, non in causam remissionis accipiendae.

Ex hisce Gratiani verbis sic instruunt, qui divino confessionis praecepto repugnant, argumentum: Gratianus quaestionem de confessionis necessitate versat ceu talem, in qua liberum sit sentire quod velis; atque testatur ab aevi sui Doctoribus sic habitam esse.

Unde

Unde consequens est, quod tempore illius haud fuerit in Ecclesia agnitum tanquam certum confessionis Sacerdoti faciendae praeceptum: adeoque quod traditio, qua maxime niti debet hoc dogma divinum, nequaquam sit liquida et distincta. Demum ipsi Can. 34 — 37. haud levia producit argumenta, quibus confessio Sacerdoti facienda impugnatur. Can. 34. inde petit probationem, quod Prophetæ solam cordis conversionem exigant, ut remissio peccatorum concedatur; quod Christus leprosos jam a se mundatos iusserit adire Sacerdotem, quod necesse sit peccatorem jam esse resuscitatum, ut confiteri peccata possit. Can. 35. sine inhabitante Spiritus S. gratia confiteri peccator non potest, justus ergo jam est, et peccatorum obtinuit remissionem, qui confitetur. Can. 37. qui diligit Deum, non amplius in morte et malo est.

Pergit Gratianus ejusd. Can. 37. p. 2. §. 1. alii e contra testantur dicentes, sine confessione oris et satisfactione operis neminem a peccato posse mundari, si tempus satisfaciendi habuerit. Unde Dominus per Proph. II. 43. ait: *Hic tu iniquitates tuas ut justificeris.* Ad probandum hoc assertum Can. 38 — 60. pluribus Patrum testimoniis utitur: unde Can. 60. subdit. *Ex his itaque apparet, quod sine confessione oris et satisfactione operis peccatum non remittitur. Nam si necesse est ut iniquitates nostras dicamus, ut postea justificemur, si nemo potest justificari a peccato, nisi antea confessus fuerit peccatum; si confessio paradysum aperit, veniam acquirit; si illa solum confessio utilis est, quae fit cum poenitentia (in quo notatur, aliud esse confessio, aliud poenitentia sive interior sive exterior accipitur)*

tur) si ille, qui promittit veniam occulte apud Deum non apud Ecclesiam poenitentiam agentis, frustratur Evangelium, et claves datas Ecclesiae, promittit etiam quod Deus negat delinquentis si nemo potest consequi veniam, nisi quantulumcumque, etsi minorem, quam debeat, peccati solverit poenam, si solis Sacerdotibus ligandi solvendiue potestas a Deo tradita est, si nullus accipit veniam nisi Ecclesiae supplicationibus ipsam impetrare contendat: concluditur ergo quod nullus ante confessionem oris et satisfactionem operis peccati abolet culpam. Denique ut perspicue appareat, neminem sine confessione a peccato posse mundari, ab ipsius humani generis, principio sumamus exordium etc. et in fine: ; Ex his omnibus facile monstratur, sine confessione nullum veniam posse promereri.

Tum a can. 61 — 87 praesertim satisfaciendi necessitatem ex Patrum textibus demonstrat. Ex his Corollarium adjicit Can. 87. Gratianus „ His auctoritatibus asseritur neminem sine poenitentia et confessione propriae vocis a peccatis posse mundari. Unde praemissae auctoritates, quibus videbatur probari, sola contritione cordis veniam praestari, aliter interpretandae sunt, quam ab iis exponantur. ” Ipse revera omnia argumenta refutat, quibus ostendi videbatur, solam sufficere animi conversionem ad Deum, et confessionem ei soli factam. Inter alia huc spectant: „ Item cuncta quae de leprosis mundatis, vel de Lazaro resuscitato inducantur, ad contritionem cordis, non ad veniam remissionis referenda sunt. Obstinatio enim animi, et conscientiae contemptus, quaedam mors est impietatis, et lepra superbiae, a qua quisque reviviscit, dum sibi per gratiam



nam dolor delicti, et votum Confessionis inspiratur. Ad hunc etiam articulum pertinent ea, quae de viuentibus, et in luce ambulantibus, vel dilectionem Dei habentibus, vel de habitaculis Spiritus S. factis dicta sunt: ut haec omnia dicatur quisque affectus ex cordis contritione, quam habet, non ex plenaria peccati remissione, quam nondum inuenit. Sicut enim in Baptismo remittitur peccatum, et tamen ejus poena reservatur; sic per contritionem cordis quisque a Deo resuscitari dicitur, licet adhuc reatu peccati teneatur. Non ergo praemissis autoritatibus vel argumentis sine confessione oris et satisfactione operis aliquis probatur a peccato mundari." Ibidem p. 3. graphice subiungit: „e contra quae in assertionem hujus sententiae dicta sunt, partim veritate nituntur, partim pondere carent. Sine contritione etenim cordis nullum peccatum posse dimitti, occulta vero peccata secreta satisfactione publica quoque manifesta poenitentia expiari debere, firmissima constat ratione subnixum. Porro sine confessione oris, si facultas confitendi non defuerit, aliquod grave delictum expiari auctoritati penitus probatur adversum." Fusius deinde id iterum ex Patrum textibus demonstrat. Tandem can. 89 dicit: Quibus auctoritatibus vel quibus rationum firmiter utraque sententia satisfactionis et confessionis imitatur, in medium breviter exposuimus: cui auctorem harum potius adhaerendum sit, lectoris iudicio reservatur. Utraque enim fautores habet sapientes et religiosos viros.

Ex quo putant manifesto sequi, tempore Gratiani non agnitam in Ecclesia necessitatem confessionis, sed liberum cuiilibet fuisse, an ritui isti submittere quis

quis se
 tentian
 tianus
 senten
 Cantu
 Deo f
 Gracci
 per cen
 atum
 Eccles
 peccat
 fectore
 meum
 abscon
 meas
 mei.
 est, ut
 mus p
 quae f
 ta; co
 purgen
 tatis a
 poenit
 plerun
 Gratian
 go, suff
 religio
 est, ut
 Ergo I
 nitent

quis se voluerit, an soli Deo confiteri. Firmari sententiam suam credunt ex can. 90. quod subicit Gratianus quasi coronidis loco, atque tanquam et ipsa ejus sententia hic rite expressa fuerit: „Unde Theodorus Cantuar. Archiep. ait in suo poenitentiali: Quidam Deo solummodo confiteri debere peccata dicunt, ut Graeci. Quidam vero sacerdotibus confitenda esse percensent, ut tota fere sancta Ecclesia. Quod nunquam non sine magno fructu intra sanctam sit Ecclesiam: ita dumtaxat, ut Deo qui remissor est peccatorum, peccata nostra confiteamur, et hoc perfectorum est, ut cum David dicamus: Delictum meum cognitum tibi feci, et injustitiam meam non abscondi. Dixi confitebor adversum me injustitias meas Domino, et tu remisisti impietatem peccati mei. Sed tamen Apostoli institutio nobis sequenda est, ut confiteamur alterutrum peccata nostra, et oremus pro invicem, ut salvemur. Confessio itaque, quae soli Deo fit, quod est justorum, purgat peccata; ea vero quae sacerdotibus fit, docet, qualiter ipsa purgentur peccata. Deus namque salutis et sanctitatis auctor et largitor plerumque hanc praebet suae poenitentiae medicinam invisibili administratione, plerumque medicorum operatione.” Ergo juxta Gratianum Graeci non confitebantur sacerdotibus. Ergo, sufficit soli Deo confiteri, id perfecti, id est in religione probe instructi faciunt, quibus necesse non est, ut modum satisfactionis a sacerdotibus dicitant. Ergo Deus plerumque invisibili administratione poenitentiae medicinam praebet,

§. III.

ur.
vi-
em
tis
tus
ria
cul
men
dis
atu
ati-
tio-
ri.”
in
eri-
con-
di-
one,
ere,
sine
erit,
itius
a ex
cicit:
ven-
onis
au-
dicio
nien-

Gra-
onis,
ttere
quis

Examinatur vera Gratiani sententia.

Gratianus de necessitate confessionis non disputat ea ratione, qua hodie Aatholici solent, opinantes ad obtinendam justificationem satis esse, si pios in te motus, fiduciam imprimis in Dei misericordia meritis Christi nixam excites, coram Deo statum inalicem in quem peccando te ipsum conjeceras, agnoscas, folique Deo confitearis, et mentem in melius immutes. Gratianus tanquam certam atque inter omnes indubitatam supponit sententiam de necessitate confessionis sacerdoti faciendae, ut peccata tollantur. Deinde aequae firma persuasione tenet, quod ad imperandam remissionem peccatorum post Baptisma commissorum tria haec requirantur, contritio, confessio, et satisfactio: solum Gratianus quaestionem movet istam, atque collectis tum ex historia tum ex Patrum sententiis in utramque partem rationibus agit, cui ex istis tribus ad justificationem requisitis primario et vix non unice adscribenda sit vis iustificandi? Atque hoc et non alio sensu quaestionem proponit: *Utrum sola cordis contritione et secreta satisfactioe absque oris confessione quisque possit Deo satisfacere, sicut enim etc.*

Eodem fere modo hodie disputatio institui posset a Protestantibus, qui operum bonorum justificationem praecedentium necessitatem profitentur, atque fidei adjungunt, an his, an vero fidei et fiduciae primario ac unice adscribenda sit justificatio: qua quaestione posita, ac in quamlibet partem decisa non negatur nec operum nec fidei necessitas. Quod vero Gratianus

tianus in hunc sensum disputat; an primario tribuenda sit justificatio contritioni, an peccator contritione elicitam ante confessionem sacerdoti factam jam sit justificatus, an vero remissio detur, postquam et hoc implevit praeceptum divinum confitendi et satisfaciendi?

Demonstratur ex ipso contextu sermonis in Decreto Gratiani.

a) Ipsa verba decreti sensum hunc sine vi verbis illata facile et commode admittunt: sic enim quaestionem proponit: *utrum sola cordis contritione* etc. id est, an sola contritione praevia jam fiat remissio peccatorum ante confessionem, an vero non nisi in ipsa confessione, item an secreta satisfactio, quam, quin fuerit a sacerdote praecepta, jam poenas peccatorum delet, an vero publica requiritur?

b) Ipsa argumenta, quae colligit Gratianus, in utramque partem, eatenus adducuntur, ut probetur, an praecise jam contritioni, an ipsi confessioni, quin alterutra excludatur, tribuenda sit justificatio? Nulibi enim contritionis vim ita extollit, ut ex decursa et studio poenitentiae plane excludatur confessio, sed tantum, an jam per se contritio praecedens confessionem justificat? sic can. 32. 33. 34. 35. 36. 37. inde depraedicat contritionem, quod ipsa sine gratia et benevolenti Dei influxu in animam peccatoris, quam ex morte quasi sua Deus suscitavit, intelligi non possit; vivit ergo peccator, antequam actu confessus fuerit; ergo non per virtutem sequentis demum confessionis vivificatur, et gratiae divinae restituitur. Deinde dum argumenta pro necessitate confessionis in medium producit, non eo fine id facit, ut excludat aut contritionem



tionem aut satisfactionem, sed ut praecise veniam peccatorum sacerdotis iudicio et remissioni adnectat. Sic can. 60. concludit: *Ex his itaque apparet quod sine confessione oris etc. v. p. 8.*

c) Ipse Gratianus mentem suam aperte demonstrat, qua quaestionem hanc suam proposuerit. can. 37. in textum Joannis: *Omnis qui non diligit in morte manet: sic commentatur, atque argumenta in eam partem allata, quod sola contritio iustificet, concludit „si ergo vivit et diligit: dilectio in corde est etc. v. p. 7.* Ex quibus manifeste apparet, quod Gratianus supponat, fieri semper confessionem, et necessariam esse, quia tantum de vi et effectu confessionis quaerit, tum existente, cum contritio jam praecessit, et culpam delevit. Hac de causa ait, cum contritio praecessit, *fit confessio ad ostensionem poenitentiae, non ad impetrationem veniae: et sicut circumcisio data est Abrahae in signum iustitiae non in causam justificationis, sic confessio sacerdoti offertur in signum veniae acceptae, non in causam remissionis accipiendae.* Ex quo exemplo allato iterum in rem nostram sic argumentamur: atqui ex praecepto divino Abraham, licet jam iustus per fidem praecedentem, subicere se debuit circumcisioni, ergo et peccator, licet jam contritus, ex lege divina tamen confiteri peccata sua debet sacerdoti *in signum iustitiae et veniae acceptae.*

d) Gratianus supponens tres esse poenitentiae partes scilicet contritionem, confessionem et satisfactionem duplicem revera movet quaestionem, scilicet, an sola cordis contritio, et secreta satisfactione possit quis veniam peccatorum obtinere, an vero confessio.

confessionem
dore i
omnes
eam e
solutio
tam;
quin u
tatem.
tem o
sacerdo
ut ex
arbitri
ret, si
mitti;
figet,
verit?

e
nem ar
omnes
discern
dijudic
ea qua
partim
Sine d
apparet
catum
oblat,
toritat
datur
tia ver
confiter
haec ve
paulo

fessionem factam, et completam satisfactionem a sacer-
 dote injunctam sequatur remissio? jam vero inter
 omnes certum est, quaestionem solum scholasticam
 eam esse, an praecedere debeat, an sequi possit ab-
 solutio sacerdotis satisfactionem a poenitente praesti-
 tam; quae quaestio adhuc inter Theologos agitur,
 quin ullus ex iis intendat negare confessionis neces-
 sitatem. Gratianus ex eo simul confessionis neces-
 sitatem ostendit, quod satisfactio imponi debet iudicio
 sacerdotis. Can. 87. 3. p. §. 14. scribit: *cum ergo
 ut ex praemissis colligitur, tempora poenitentiae
 arbitrio sacerdotis definiuntur, evidentissime appa-
 ret, sine confessione propriae vocis peccata non di-
 mitti; quis enim tempora poenitentiae alicui prae-
 figet, nisi primum peccata sua manifestare cura-
 verit?*

e) Gratianus ipse propositis circa hanc quaestio-
 nem argumentis utriusque partis, quasi, quae inter
 omnes certa sunt, ab iis, quae sunt in controversia
 discernens, et quid ex allatis argumentis certo fluat,
 dijudicans can. 87. p. 3. §. 9. pronuntiat „*e contra
 ea quae in assertionem hujus sententiae dicta sunt,
 partim veritate nituntur, partim pondere carent.
 Sine contritione enim cordis etc. v. p. 10.* Unde
 apparet, quod certum sit Gratiano et omnibus, pec-
 catum grave in confessione exponendum esse. Nec
 obstat, quod §. praeced. dicatur: *praemissis itaque au-
 toritatibus pro manifestis criminibus manifesta pro-
 batur offerenda satisfactio, et oris confessio; laten-
 tia vero peccata non probantur sacerdoti necessario
 confitenda, et ejus arbitrio expianda*” Siquidem
 haec verba referuntur ad textum Chrysosth. et Prosperii
 paulo ante adductos, ex quibus statuit Gratianus nil
 aliud

aliud sequi, nisi necessitatem confitendi peccata publica, et pro iis satisfaciendi, sicut contextus aperte docet.

f) Eodem can 87. ab initio scribit: „his autoritatibus asseritur, neminem sine poenitentia et confessione propriae vocis etc. v. p. 9. Exponit jam ea loca scripturae et Patrum, quibus videbatur probari, sola contritione veniam obtineri. Ex modo autem, quo respondet, cognoscitur, quod non fuerit quaestio de absoluta necessitate confessionis ex praeccepto divino, sed tantum de vi et effectu ejusdem receptae ad praeviam contritionem: sic enim ibi concludit: „ad hunc etiam articulum pertinent ea, quae de viventibus &c. v. p. 10. hisce verbis respondet ad difficilem illam quaestionem: si praevia contritio jam vim justificandi habet, quid efficit sequens adhuc confessio? ergo quaestionem eam scholasticam agit Gratianus.

g) In Can. 90. ubi suam omnem de hac quaestione sententiam depromit ex Theod. Cantuar. poenitentiali, sic judicat de mutua contritionis et confessionis erga se comparata efficacia justificandi: „confessio itaque, quae soli Deo fit, quod est iustorum etc. v. p. 11. quibus verbis id vult: si etiam contritionis vis justificandi tribuatur, tamen ope sacerdotum in poenitente ea efficitur. Interim speciali adhuc Canon hic illustratione eger. Gratianus enim haud fideliter allegat ex poenitentiali Theod. Cant. illum locum, sic enim legitur in cap. adjectis c. 58. in cabil. concil. 2. c. 33. Burchard l. 89. c. 145. Ivo p. 15. c. 155. „Quidam Deo solummodo confiteri debent dicunt peccata; quidam vero sacerdotibus confitendo esse

esse per
fructu
at et D
mur pe
tum me
non abf
tias me
cati me
teamur
invicem
fit, qui
cet, qu
que sab
que meo
quod e
purgat
novatio
Deo fa
plerumq
ufitur
tulum h
interpo
nem sol
cata fat
undè ad
Ergo q
dori del
qualiter
medico
Q
fidei Ca
catorum
alisque

esse percensent. Quod utrumque non sine magno fructu intra sanctam sit Ecclesiam: ita duntaxat, ut et Deo, a quo est remissio peccatorum confiteamur peccata nostra, et cum David dicamus (delictum meum cognitum tibi feci, et iniquitatem meam non abscondi: dixi: confitebor adversum me iniquitatis meas Domino, et tu remisisti impietatem peccati mei) et secundum Apostoli institutionem confiteamur alterutrum peccata nostra, et oremus pro invicem, ut salvemur. Confessio itaque, quae Deo fit, purgat peccata, ea vero quae sacerdoti fit, docet, qualiter ipsa purgantur peccata. Deus namque salutis et sanitatis autor et largitor est plerumque medicorum operatione. Docetur vero hoc loco, quod et Deo et sacerdoti fiat confessio, quod illa purgat peccata proprie, (nam conversio animi et renovatio procedit ex contritione et humiliatione coram Deo facta:) sacerdoti vero simul fieri debet, quia plerumque horum ceu medicorum operatione Deus utitur ad peccatores convertendos. Aliter vero capitulum hoc interpretatur Gratianus; suas enim mox interposuit interpretationes, sic, ut credat confessionem soli Deo factam esse *justorum*, id est, levia peccata satis esse, ut soli Deo exponantur animo contrito: unde addit: *et hoc perfectorum est, quod est justorum*. Ergo qui gravibus irretiuantur peccatis, *injusti*, sacerdoti debent exponere peccata, et haec confessio docet, *qualiter ipsa purgentur peccata*. Ad hos sanandos medicorum id est sacerdotum operatione opus est.

Qua posita interpretatione nil legitur, quod fidei Catholicae adversetur; non enim est levium peccatorum necessaria confessio, illa deleri contritione, aliisque mediis Catholici omnes tuentur.

B

f) De-



f) Denique mens Gratiani duobus praesertim locis elucescit, unde omnes tenebrae dissipantur. Nam nempe 60. et 87. primo loco clarissime ait: „ eum, qui promittat veniam occulte apud Deum non apud Ecclesiam poenitentiam agenti, frustrare Evangelium, et claves datas Ecclesiae “ altero loco p. 3. §. 9. enuntiat, quod sine confessione oris, si facultas confitendi non defuerit, aliquod grave delictum expiari, auctoritati penitus probetur adversum et quibus verbis confessionis peccatorum omnium necessitas iisdem ex fundamentis, quae semper haec doctrina nitebatur, asseritur, quia scilicet et scriptura (Evangelium) et Traditio (auctoritas) exigat. Profecto, qui ait frustrari Evangelium, auctoritati penitus repugnari ab eo, qui aliam, quam confessionis viam ad reconciliationem obtinendam assermet, is clarissime dicit, unam hanc solummodo nobis semitam esse adeoque requiri confessionem oris ex mandato divino, usque Ecclesiae. Necessè est igitur, ut, cum aliis locis alia videtur manifestare sensa, vel dicas Gratianum contradictoria protulisse, quod admitti nequit vel hunc illius sensum esse, de quo haecenus sermo fuit, alioquin qua ratione poterat Gratianus (in quo sensu singularem fiduciam collocant adversarii) can. 89. eos appellare sapientes et religiosos viros, qui sint fautores eius sententiae, quae necessitatem Confessionis rejiciat, quae tamen ex mente Gratiani et frustrat Evangelium, clavesque datas Ecclesiae, et auctoritati penitus adversetur, quae inquam sapientia, quae religiositas poterat ab homine sanae mentis de iis praedicari, qui fundamenta Ecclesiae, Scripturam, Traditionemque succuterent? quapropter is, qui haecenus dictus est, debet esse aliorum obscuriorum locorum sensus.

Exhi

Gratian
motam
partibu
tio, p
plures
vero t
Atque

a
contriti
dum, t
tritioni
tamen

D
ne aute
compun
Unde J
peccato
vritio,
tia, ut
et, co
ciamus
Deo co
solvit,
bus ind
et deino

§. IV.

Exhibetur mens Gratiani ex aliorum Theologorum sententia.

Quo vero magis appareat, inter Theologos aevi Gratiani, et proxime sequentis, nonnisi de eo fuisse motam quaestionem, cuinam ex tribus poenitentiae partibus, quae sunt contritio, confessio, et satisfactio, primario tribuatur justificatio? Adducere possem plures coaevorum Theologorum textus, inter quos vero tres solum selegi autoritate praestantissimos. Atque

a) *Magister Sententiarum* in ea quaestione an contritione deleantur peccata? ad eum plane modum, quo Gratianus, versatur, ita nempe, ut contritioni quidem tribuat vim justificandi, confitendi tamen praeceptum simul adstruat.

Distinctionem XVI. sic incipit: „*In perfectio-
ne autem poenitentiae tria observanda sunt, scilicet,
compunctio cordis, confessio oris, satisfactio operis.
Unde Joannes, os aureum: perfecta poenitentia cogit
peccatorem omnia libenter ferre, in corde ejus con-
tritio, in ore confessio: haec est fructifica poeniten-
tia, ut, sicut tribus modis Deum offendimus, scili-
cet, corde, ore, et opere, ita tribus modis satisfac-
ciamus.*” — Aliam quaestionem, an sufficiat soli
Deo confiteri, si tamen homini possit? negative re-
solvit, et sic concludit: „*ex his aliisque probationi-
bus indubitanter ostenditur, oportere Deo primum,
et deinde sacerdoti offerre confessionem, nec aliter
posse*

posse perveniri ad ingressum paradisi, si adsit facultas. — demum act, ult. palam facit sententiam suam, qua contritionis efficaciam cum necessitate confessionis conjungit his verbis: „jam certissime liquet, quam sit detestabile peccati silentium, et e converso quam sit necessaria confessio. Est enim confessio conscientiae Deum timentis; qui enim timet iudicium Dei, peccatum non erubescit confiteri. Perfectus timor solvit omnem pudorem. Confessio peccati pudorem habet, et ipsa erubescencia est gravis poena, ideoque jubemur confiteri peccata, ut erubescenciam patiamur pro poena. Nam hoc ipsum pars est divini iudicii. Si ergo quaeritur, ad quid confessio sit necessaria, cum in contritione jam deletum sit peccatum, dicimus, quod quaedam poenitentia est, sicut satisfactio operis: per confessionem scilicet intelligit sacerdos, qualiter debeat iudicare de crimine: per eam quoque peccator fit humilior et cautior. Conferendo Gratianum Lombardo liquet, utrumque in ea esse quaestione, an sine confessione per solam contritionem remittatur peccatum? ex iisdem plane rationibus et Patrum sententiis uterque putat, eam esse decidendam; uterque statuit in ea decidenda variare Doctorum sententias. Lombardus sine dubio Gratiani coaetanei sui decretum ante oculos habuit in quaestione huius propositione, igitur ex iudicio Lombardi recte colligenda videtur mens Gratiani, sed Lombardus contritione jam deleri peccatum ante confessionem oris ita defendit, ut tamen confessionis necessitatem non excludat, imo potius votum confessionis in ipsa contritione comprehendendi debere asserat; ergo hoc quoque, non alio sensu, eadem quaestio a Gratiano agitata esse censeri debet.

b) D

b)
 clusione
 peccato
 opus s
 ibid. ar
 nitentia
 rium,
 rei sum
 normifi
 quasi se
 ait: cu
 fessione
 ho et sa
 nitentia
 sacram
 tritio,
 pro cul
 loco D
 dum m

D
 agit in
 tritio
 ipsi ob
 tritio n
 satisfac
 reatu
 quin op
 tritio n
 tum
 aliquis
 sufficie
 teneur
 tritio



b) D. Thomas 3a. q. 84. I. hanc probat conclusionem: *poenitentia, qua peccator se ostendit a peccato recessisse, et qua sacerdos Dei remittentis opus significat, est speciale sacramentum.* Tum ibid. art. 5. ostendit eam conclusionem: *non est poenitentiae sacramentum absolute ad salutem necessarium, ut Baptismus, sed iis tantum, qui peccati rei sunt.* Et 6. „*poenitentiae sacramentum, cum non nisi ex suppositione peccati necessarium sit, est quasi secunda post naufragium tabula.* Q. 90. I. ait: *cum plures humani actus ad poenitentiae perfectionem requirantur, contritio, videlicet, confessio et satisfactio, plures quoque partes sacramenti poenitentiae necesse est esse.* Art. 2. *Tres sunt partes sacramenti poenitentiae ex parte poenitentis, contritio, qua velit Deo recompensare, confessio, qua pro culpa remissione subiciat se arbitrio sacerdotis loco Dei, et satisfactio, qua Deo satisfaciat secundum ministri Dei arbitrium.*

De efficacia singularum poenitentiae partium agit in suppl. ubi q. 5. 2. dum quaerit, *utrum contritio possit totaliter tollere reatum poenae?* Sibi ipsi objectionem istam facit: „*videtur, quod contritio non possit totaliter tollere reatum poenae, quia satisfactio et confessio ordinantur ad liberationem a reatu poenae, sed nullus ita perfecte conteritur, quin oporteat eum confiteri et satisfacere, ergo contritio nunquam est tanta, quod deleat totum reatum*” tum vero ipse sic respondet: „*dicendum quod aliquis non potest esse certus, quod contritio sua sit sufficiens ad deletionem poenae et culpa, et ideo tenetur confiteri et satisfacere, maxime, cum contritio vera non fuerit, nisi propositum confitendi*
peccato

peccata habuisset annexum, quod debet ad effectum adduci etiam propter praeceptum, quod est de confessione datum. Et quamvis art. I. contritioni ut est pars Sacramenti, vim remissionem peccatorum causandi adscribat, tamen q. 6. I. confessionem sacramentalem tuetur esse de necessitate salutis ejus, qui in peccatum actuale mortale cecidit.

Q. 10. I. Utrum confessio liberet a morte peccati? Dubium movet istud: videtur, quod confessio non liberet a morte peccati, confessio enim contritionem sequitur, sed contritio sufficienter delicti culpam, ergo confessio non liberat a morte peccati cui respondet: quod contritio habeat votum confessionis annexum, et ideo eo modo liberat a culpa poenitentes, sicut desiderium Baptismi baptizandos. Quae responsio ibidem fusius explicatur in conclusione „poenitentia, in quantum est sacramentum, praecepit in confessione perficitur, quia per eam hominibus ministris Ecclesiae se subdit, qui sunt Sacramentorum dispensatores, contritio enim votum confessionis annexum habet, et satisfactio pro iudicio sacerdotis, cui fit confessio, taxatur. Et quia in Sacramento poenitentiae gratia infunditur, per quam fit remissio peccatorum, sicut in Baptismo, ideo eo modo confessio ex vi absolutionis conjunctae remittit culpam sicut Baptismus. Liberat autem Baptismus a morte peccati non solum secundum quod actus suscipitur, sed etiam secundum quod in voto habetur . . . et similiter dicendum est de confessione adjuncta absolutioni, quia secundum quod in voto poenitentis praecessit, a culpa liberavit, postmodum autem in actu confessionis et absolutionis gratia regitur, et etiam remissio peccatorum daretur, si pra-

praecedens dolor de peccatis non sufficiens ad contritionem fuisset, et ipse tunc obicem gratiae non poneret." Ex hisce locis illud puto manifeste colligi, quod iidem illius aevi Theologi, quamvis firmissime tenerent, confessionem peccatorum esse iure divino necessariam, ut eorum remissio obtineatur, tamen eam quaestionem utique scholasticam agitasse, an per praeiviam confessioni contritionem jam remissio obtineatur? quam sententiam vero cum affirmarent, nil derogabant necessitati confessionis, sed hujus votum potius in contritioni jam comprehendi statuebant.

c) Ultimus hujus rei testis, quamvis aetate posterior sit M. Durandus. De sancto Porciano in Comm. in 4. L. sent. qui L. 4. dist. 7. q. 2. his verbis exprimit quaestionem a nobis agitatam: "Verum in contritione ante confessionem et satisfactionem remittatur culpa?" cui ipse sic respondet plane ad mentem Gratiani "dicendum quod in contritione dimittitur peccatum ante actualem confessionem: si tamen in contritione adsit propositum consistendi et satisfaciendi, quia alias non est vera contritio, quod patet sic: vera contritio et gratia inseparabiliter se concomitantur, sed culpa non stat cum gratia, ergo non stat cum vera contritione, existente ergo in vera contritione necesse est culpam esse dimissam. Et confirmatur, quod culpa essentialiter consistit in deordinatione actus, concomitative autem in privatione gratiae, per quam Deus dicitur peccatori offensus: in contritione autem est vera et perfecta reordinatio actus, cum contritio sit dolor de peccato commisso non solum timore poenae, sed amore vitae aeternae; consecutive autem est gratia, per quam peccator prius dicitur Deo reconcili-

conciliatus esse ad amicitiam contra offensam per
 peccatum commissam, ergo per contritionem vere
 potest culpa dimitti." Ibid. q. 8. quo jure confessio
 fit introducta? respondet: de confessione autem
 strictè accepta, quae est expressio peccatorum coram
 Sacerdote sub spe veniae obtinendae, dicendum est,
 quod non est de jure naturali, nec est de aliquo jure
 pure humano, sed de jure divino in lege Evange-
 lica tradito. Ibid. p. 9. utrum confessio fit ad sa-
 lutem necessaria? affirmat de iis, qui peccarunt mor-
 taliter et habent copiam Sacerdotis "cujus ratio est,
 quia omne remedium ordinatum contra culpam,
 cum qua non stat gratia, est de necessitate salutis:
 sed confessio non solum mentalis Deo, sed vocalis
 coram ministro est remedium divinitus ordinatum
 contra culpam mortalem, quae tollit gratiam, ergo
 talis confessio est de necessitate salutis." Eodem
 sensu dein semper proposita est quaestio de vi contri-
 tionis ad efficiendam justificationem, quin excluder-
 retur necessitas confessionis, et quin ullus unquam
 inter Theologos, qui omnes vestigia Gratiani et
 Lombardi sunt secuti, objecerit autoritatem utrius-
 que ad labefactandam legem divinam confessionis,
 ergo hoc sensu, quo ipse Gratianus salva veritate
 verborum ejus sumi potest et debet, quoque semper
 sequentes Theologi exposuere verba illa decreti, su-
 menda etiam sunt.

§. V.

*Demonstratur ex sensu Ecclesiae illius temporis
 de necessitate confessionis.*

Restat nunc, ut ostendam ex sensu et praxi Ec-
 clesiae illius temporis, agnitam ab omnibus fuisse con-

confessio
 qui gra
 verentur
 tores alii
 tis alii
 viguerunt

S
 ante C
 Lucae
 sunt,
 spectu
 tamen
 rendam
 mundi
 dantur
 tismo
 cata a
 dicitur
 ultim
 judex
 vero
 accusa

Grati
 docet
 si os in
 centia
 esse si
 haec
 tenten
 liter
 comm
 vabin



confessionem ceu jure divino necessariam cunctis, qui graviter deliquerunt, ad id, ut a peccatis solverentur. Testes hujus sunt, quot quot scriptores Ecclesiastici tum temporis extitere. Pro multis aliis sufficiant aliqui, qui eodem *Gratiani* aevo vixerunt. Sic

S. Anselmus Cantuar. Archiep. qui annis 42. ante *Gratianum* obiit, enarratione in cap. 17. *S. Lucae* exponens illa verba: *dum irent mundati sunt*, affirmat, licet quis perfecto dolore in conspectu interni inspectoris a peccatis jam sit liberatus, tamen ad sacerdotes eundum esse, et ab his quaerendam solutionem, "ut qui jam coram Deo sunt mundi, sacerdotum judicio etiam hominibus ostendantur mundi. Et in elucidario:" Sicut in Baptismo originalia, sic in confessione remittuntur peccata actualia. Est enim judicium. Duo sunt iudicia Dei. Unum hic per confessionem, aliud in ultimo die per examinationem, in quo ipse Deus iudex, Diabolus accusator, homo reus. In isto vero Sacerdos Christi Vicarius iudex, homo et accusator, et reus, poenitentia est sententia.

Ivo Carnotensis Episcopus, qui annis 36. ante *Gratiani* mortem obiit, *Serm. 13.* in cap. jejunii, docet, corde contrito peccata confitenda esse, ut, si os in confessione aperiatur, etiam mala concupiscentia a corde auferatur, alias confessionem non esse sinceram. Et *Ep. 156.* de sigillo confessionis haec habet: "peccantem peccata sua secreto confitentem non debemus a nostra communione corporaliter separare, nec contactu cordis ejus pravitate communicare. Hoc revere utramque sententiam servabimus, et illam, qua praecipimur excommunicatis



tis non communicare, et illam, qua jubemur confitentium crimina non propalare.

Hugo a S. Victore, qui anno 1140. obiit annis 11 ante Gratianum, Erudit. Theol. de Sacramentis fidei lib. 2. p. 14. c. 1. necessitatem confessionis probat, eamque a Christo institutam esse asserit, quamvis praeceptum confitendi de confessione disertis verbis a Servatore non datum sed ab Apostolis innuat, circa finem scribit: "confitemini ut salvemini. Hoc est, non salvamini, nisi confiteamini. Hoc fortassis tu audire noluisti, quia latenter quæris, et abscondis scelera tua, ut non iustificeris. Propterea fortassis conaris ad aliud dictum Apostoli intorquere, ut intelligatur confitentibus quidem promississe salvationem: tamen non confitentibus non negasse justificationem. Audi ergo: Augustinus ait: non potest quis justificari a peccato, nisi confessus fuerit ante peccatum."

S. Bernardus Gratiano plane coævus, qui quæ duobus post ipsum annis obiit, Serm. 3. de S. Andrea, postquam docuit, peccata Sacerdoti proprio, cui anima commissa est, esse confitenda, gradus omnes confessionis sic exequitur: "Primus ejus gradus est cognitio peccati . . . Horum igitur omnium consideratione perterritus, transi ad poenitentiam ultricem vitiorum, altricem virtutum . . . sic ergo tibi cognitus et in te poenitens transvola ad tertium gradum dolorem cordis . . . quartus itaque gradus est confessio oris. Haec pure facienda est, quia non est pars una peccatorum dicenda, et altera reticenda, neque levia confitenda et gravia diffidentia . . . confitendum est humiliter ut idem sit in corde, quod sonabit in ore etc. Tum dotes describit Sacerdotis, qui confessionibus audiendis præficitur.

Tandem

Tandem recenset impedimenta confessionis, aitque quatuor esse, *pudorem, timorem, spem et desperationem.*

Aequalis quoque Gratiano Richardus a S. Victore in Tract. de potestate ligandi et solvendi cap. 5. sic poenitentiam definit: „*Vera poenitentia est abominatio peccati, cum voto cavendi, confitendi, et satisfaciendi. . . . Praevaricator itaque et poenitens debito confitendi et satisfaciendi tenetur, quandiu divinitus tempus et opportunitas ei in hoc ipsum conceditur. Et cap. 7. recte quidem dicitur, quod Dominus vere poenitentem a vinculo damnationis absolvit, recte nihilominus, quod Sacerdos hoc facit. Et Dominus quidem ad confessionem cordis, et Sacerdos ad confessionem oris. Sola enim cordis confessio poenitenti ad salutem animae sufficit veraciter, cum articulus necessitatis oris confessionem et Sacerdotis absolutionem excludit: unde recte dicimus, quod tunc Dominus absolvit. Sed quoniam oris confessio et Sacerdotis absolutio a vere poenitente exigitur, quamdiu divinitus ei in hoc ipsum facultas conceditur, recte quidem debita damnationis absolutio etiam Sacerdoti adscribitur.*”

Denique Petrus Blefensis qui ab anno 1160 ad annum 1200 floruit lib. de confessione Sacramentali ait: „*Nemo dicat sibi, occulte confiteor, et ago poenitentiam apud Deum. Si enim sufficiens est ista confessio; ergo sine causa datae sunt claves Petro; frustra etiam est, quodcumque solueris etc.*” et infra: „*quatuor solent confessionis gratiam impedire, pudor, timor, spes, desperatio. . . . si vero pudor prohibeat confiteri, recolat, quomodo libri conscientiarum aperientur coram omnibus in die iudicii, cum revelaverit Dominus abscondita tene-*

tenebrarum . . . non ergo pudeat dicere, quod non puduit facere . . . et in ea omnes autem circumstantias peccatorum, qui confiteitur, aperiat. Tum peccata etiam turpissima in confessione aperienda esse asserit.

Ex hisce Testimoniis satis puto constare, aevo Gratiani universalem eam viguisse traditionem et praxin, ut peccata gravia Sacerdoti exponi, atque ab ejus judicio praestendam satisfactionem expectari a poenitente debuerit. Cum ergo nullus assignari possit ejus aetate Theologus, qui praeceptum Confessionis impugnarit, *sapientes illi ac Religiosi Viri*, quos *Gratianus* cap. 89. asserit, sententiae illi, quod contritione et confessione Deo facta remittantur peccata, adhaesisse, revera necessitatem confessionis non inficiati sunt, sed solum in ipsa ea *Gratiani* mente fuere, quod praevia confessioni contritio jam remissionem importet.

Si jam ea, quae hactenus disserui, colligo, manifestam non dubito hanc deduci posse conclusionem, quod necessitas confessionis ex decreto Gratiani adeo non impugnari, ut potius confirmari possit. *Gratianus* enim aperte docet, tres esse poenitentiae partes, contritionem, confessionem et satisfactionem, inter quas contritio jam vim justificandi habet, si eandem confessio et satisfactio subsequatur. Sic et reliqui ejus aetatis Theologi praeviam confessioni contritionem habuere tam efficacem, ut si illi votum confessionis fuerit adjunctum jam justificatio consequatur, adeoque omnibus de divino confessionis praecepto erat persuasum, consequenter dogma Catholicum ab hac objectione manet vindicatum.



THESES

EX

UNIVERSA THEOLOGIA.

CAPUT I.

RELIGIO REVELATA.

§. I.

Revelationis criteria et principia.

- 1) Deum existere, rerum omnium creatorem et gubernatorem, non nisi inspiens in corde negat. 2) Homini sicut erga hunc suum creatorem, sic et erga se, et proximum suum officia quaedam (*quorum complexus Religio dicitur*) incumbunt. 3) Quae cum sola ratione rite assequi frustra laborat mens humana, 4) Revelationem quandam necessariam esse recte infertur. 5) Haec nequam repugnans, sed omni ex parte possibilis est. 6) Et si semel data feratur, in eam singuli inquirere tenentur. 7) Characteres, quos in notitiam factae revelationis certo venimus, alii sunt *negativi*, alii *positivi*. 8) *Negativi* sunt: ne revelatio absurdum, impossibile, fanae rationi repugnans contineat, neque ab homine vitae palam scelestae primo annuntiata sit. 9) *Characteres positivi interni* sunt clara primorum religionis naturalis dogmatum explanatio, praeceptorum sanctitas et utilitas, mysteriorum puritas et sublimitas etc. 10) *Externi* vero

vero sunt miracula et Prophetiae. 11) Utraque certam probandi vim habent. adeo, ut Religio hisee confirmata, non possit non esse divina,

§. II.

Religio Christiana.

1) Religiones, quae se revelatas gloriantur, quatuor in orbe terrarum existunt: *Paganismus* nempe, *Mahumetanismus*, *Judaismus* et *Christianismus*. 2) *Paganismus* et *Mahumetanismus* characteribus positivis destituti et negativis prostrati corruunt. 3) Religio *Judaica* vetus est, quae continetur in libris V. T.; hi *genuini* sunt, *authentici* et *veraces*. 4) Religio ipsa characteribus verae revelationis insignita est; adeoque divina dici debet. 5) Sed quia particularis fuit, abroganda erat, succedente lege nova, eaque universali ac perpetua, cujus illa typus fuit et figura. 6) Legislatoris hujus novi foederis originem, vitam, mortem, atque officia exacte delinearunt Prophetae V. T. 7) Et adventum ejus accurate determinarunt. 8) Tempus ita determinatum effluxit, promissus ergo *Messias* advenit; hinc *Religio judaica* abrogata est, adeoque falsa est illa modernorum judaeorum. 9) Existit vero tempore *Augusti* et *Tiberii* vir nomine *Jesus Nazarenus*, qui novam religionem instituit. 10) Quam una cum praecipuis factis ejus et *Apostolorum* in libris N. T., qui pariter *veraces*, *authentici* et *genuini* sunt, scriptam retinemus. 11) Religio ista dogmata religionis naturalis distincte exponit, et sanctitate ac sublimitate prae ceteris eminet. 12) Ejus author missionem suam veris miraculis,

culis, et Prophetiis confirmavit, 13) atque in illo simul adimpleta sunt omnia veterum Prophetarum oracula. 14) Ipse ergo est ille *Messias*, quem tota lex Mosaica praefigurabat, et religio ejus divina est. 15) Si Religio christiana divinitus revelata est, ergo eam omnes, quibus datum est in ejus notitiam venire, amplecti tenentur, atque sic ruit indifferentismus universalis.

CAPUT II.

RELIGIO CATHOLICA.

§. I.

Fontes et criteria veritatum Religionis christianae.

1) Christus legislator divinus obstrinxit omnes, ut veritates ab ipso revelatas addiscant, iisque firma lege adspulentur. 2) Fontes ergo et criteria habere debent, unde eas certo et infallibiliter cognoscere possint. 3) *Fons primus* sunt Ss. Scripturae. 4) Tales sunt omnes ii libri, quos Trid. Sess. IV. in suo Canone determinavit. 5) *Fons alter* sunt Traditiones. 6) Quamquam omnia Religionis christianae dogmata in scripturis et traditionibus contineantur, moraliter tamen impossibile est, ut omnes ea ex illis addiscant. 7) Aliud ergo remedium pro omnibus hominibus sufficiens, vi cuius illa iis certo et infallibiliter applicari queant, existere debet.

§. II.

Ecclesia, ejus Notae, et Auctoritas.

1) Christus religionem suam fundando novam instituit societatem spirituales, haec Societas Ecclesia audit. 2) Societates autem, quae se a Christo institutas jactant, plures in mundo existunt. 3) Extare ergo debent notae characteristicae, quibus vera a falsis discerni possit. 4) Tales sunt, quod Ecclesia Christi sit perpetuo *visibilis, Una, Sancta, Catholica, et Apostolica.* 5) Hae notae soli Ecclesiae *Romano Catholicae* conveniunt; illa ergo sola est vera Christi ecclesia. 6) In hac Ecclesia duplex distinguitur ex institutione Christi fidelium ordo, docentium scilicet et credentium, ex quo fuit Ecclesiae in docentem et credentem divisio. 7) Ecclesiae docenti Christus supremam docendi et controversias fidei dirimendi auctoritatem commisit, 8) eandemque talem ac tantam, ut in tradenda et definienda universa fide revelata nunquam sit erratura. 9) Et haec Ecclesia cum auctoritate infallibili decens sola est medium a Christo institutum, vi cujus singuli in notitiam veritatum ab ipso revelatarum venire, illaque incorruptae servari queant. 10) Universalis ergo fidei catholicae regula est verbum Dei ab Ecclesia propositum. 11) Proponit autem Ecclesia verbum Dei per Episcopos in conciliis Oecumenicis vel congregatos, 12) vel in orbe catholico dispersos, capitique adhaerentes.

I
tem de
Tripl
immed
ri D. P
tantum
concess
quam
Unde
divino
Roman
cessor
hinc P
illius
dioeces
etiam

I
Patri
virtus
3) Fi
cedit.
person

corpor

§. III.

Jurisdictione Ecclesiastica.

1) Jurisdictionis nomine intelligimus potestatem legislativam, judicativam, et coactivam. 2) Triplicem hanc potestatem Christus Apostolis suis immediate concessit. 3) Ita tamen, ut eam potestati D. Petri subordinavit, cui *primatum non honoris* tantum sed et *jurisdictionis* concessit. 4) Finis concessi Petro primatus fuit, ut unitas in Ecclesia, quam in perpetuum durare voluit, servaretur. 5) Unde sicut Episcopi, utpote qui Apostolis ex jure divino succedunt, eadem potestate, qua illi, sic et Romanus Pontifex tanquam legitimus D. Petri successor eodem jure primatus, quo hic, gaudet. 6) Et hinc Pontificis et Episcoporum potestas aequalis salvo illius primatu. 7) Sicut ergo Pontifex, sic et in dioecesi sua Episcopus dispensat jure proprio in Lege etiam universali Ecclesiae.

§. IV.

Dogmata Specialia.

Essentia Dei. 1) Christus est verus Deus Patri consubstantialis. 2) Spiritus S. non est mere virtus Patris, sed ipse verus etiam, aeternusque Deus. 3) Filius a solo Patre, Spiritus S. ab utroque procedit. 4) Tres igitur sunt in una essentia divina personae non solo nomine distinctae.

Creatio Hominis. 4) Creavit Deus hominem corpore immortalem, animo rectum et sanctum



rebellis que concupiscentiae expertem. 2) Sed peccavit Adam, et peccando bona mox descripta et sibi et posteris amisit, atque in eos tam corporis quam animae mortem transfudit. 3) Extat hinc peccatum originale propagatione non imitatione in omnes diffusum. 4) Hoc tamen peccato extincta non fuit libertas a necessitate in hoc etiam statu ad merendum et demerendum necessaria.

Incarnatio Verbi. 1) In hoc providentiae statu nobis revelato noluit Deus peccatoribus gratis remittere delicta, aut propter qualiacunque eorum opera, sed voluit placari sanguine filii. 2) Ut igitur grande hoc redemptionis opus perficeretur, Verbum veram carnem, verumque corpus assumpsit ex Maria Matre sua. 3) Quae ipsam virtute Spiritus S. concepit, peperitque ut virgo, qualis etiam post partum permansit. 4) Praeter corpus Veram quoque adsumpsit animam rationalem, adeoque Christus verus perfectusque homo fuit. 5) Una eademque persona in Christo Deus et homo est, hinc non moralis tantum, sed realis, physica et personalis unio datur inter Verbum et naturam humanam. 6) Unde B. V. Maria vere potest ac debet dici Deipara, daturque vera communicatio idiomatum in concreto. 7) Facta hac unione nulla facta est confusio utriusque naturae, sed utraque salva mansit cum suis proprietatibus. 8) Adeoque duplex in Christo voluntas et operatio admittenda.

Satisfactio Christi. 1) Christus humanae salutis causa sic in terris constitutus gratiam sanctificantem Adae peccato amissam, peccatorum actualium remissionem, omnesque gratias actuales ad salutem

necessaria
nec doc
vero d
persolvi
sacrifici
dos pro
Patri r
pulto a
neum,
Unde p
pultura

S
lis volu
num fa
fidei.

Praeter
ram co
agendi
tibus u
homin
tione e
vere d

Ad ista
qua qu
peccata
amitti
scentia
et glori

N. T
eucunt
Eucha
Matrim
rio, e

ne-

necessarias nobis promeruit. 2) Non gratis ista, nec doctrinae tantum vitaeque exemplo effecit, sed vero dato pretio nos redemit. 3) Pretium istud persolvit mala hujus vitae ferendo et crucis praesertim sacrificio, ubi se ipsum verus adhuc in terris Sacerdos pro nobis obtulit, et ceu verus mediator nos Patri reconciliavit. 4) Anima Christi corpore sepulto ad inferos descendit, i. e. ad locum subterraneum, ubi animae corporibus solutae detinebantur. Unde per inferos non intelligitur exinanitio, aut sepultura.

Sanctificatio. 1) Gratia interna supernaturalis voluntatem movens necessaria est ad omne opus bonum salutare perficiendum. 2) Immo ad initium fidei. 3) Non datur secundum merita nostra. 4) Praeter efficacem datur et inefficax, quae tamen veram confert, et relativam, saltem mediatam bonum agendi potentiam. 5) Semperque adest iustis volentibus urgente praeepto. 6) Gratia permanens in homine, seu justificatio non consistit in sola imputatione externa justitiae Christi, sed in eo, ut peccata vere deleantur, et anima interius renovetur. 7) Ad istam non sola disponit fides, multo minus ea, qua quis certo credit sibi per Christum remissa esse peccata. 8) Accepta semel justitia effective iterum amitti potest. 9) Bona opera gratiae actualis et justificantis ope peracta vere merentur augmentum gratiae et gloriae. Fontes gratiae sanctificantis sunt *septem* *V. T. Sacramentis* quae istam ex opere operato producant. 11) Sunt autem Baptismus, confirmatio, Eucharistia, poenitentia, extrema unctio, ordo, et Matrimonium. 12) Ex his Baptismus, confirmatio, et ordo imprimunt characterem. 13) *Baptismus*



mus tollit peccatum originale, et in subjecto rite disposito actualia etiam peccata remittit. 14) Cunctis hominibus, quin filii fidelium excipi possint, necessarius est lege saltem ordinaria ad salutem. 15) Parvulis quoque administrari potest. 16) In *Eucharistia* Christus vere, realiter, et substantialiter praefens est. 17) Et quidem panis ac vini substantia plane nulla remanente. 18) Laicis sub utraque specie Eucharistiam dari debere, lex divina non praecipit. 19) In Missa verum offertur sacrificium, quod est vere propitiatorium pro vivis et defunctis. 20) Omnium peccatorum remissio per *poenitentiae sacramentum* ab Ecclesia dari potest. 21) Ad eorum vero remissionem impetrandam confessio omnium peccatorum ex institutione Christi necessaria est. 22) Non tamen semper cum culpa et poena aeterna remittitur omnis poena temporalis, pro qua tamen satisfacere possumus. 23) Ad hanc satisfactionem praestandam juvat indulgentiarum usus, quarum concedendarum Ecclesiae certa potestas. 24) Constitutio ministrorum, qui sacramenta administrant, fit per sacramentum *ordinis*. 25) *Matrimonii* Vinculum non nisi per mortem dissolvitur.

Glorificatio. 1) Beatitudo hominis erit aeterna, juxta meritum tamen proportionem inaequalis. 2) Consistit in intuitiva Dei visione. 3) Ad eam animae plene purgatae statim admittentur, quin differatur ad extremum judicii diem. 4) Tales animae in coelis jam regnantes licite et utiliter coluntur et invocantur. 5) Quibus luendum adhuc aliquid superest, venient in purgatorium, ubi juvari possunt precibus fidelium viventium. 6) Qui in peccato gravi decedunt, ad aeternas poenas damnabuntur. 7) Om-

Omnes
damur
caturus

est, a
Hae v
hinc p
ges h
oblig
scienti
eadem
6) U
berati
motus
tari n
pius p

aur de
da.
tricib

Omnes in iisdem corporibus, quibus nunc circumdamur, resurgemus. 8) Tum veniet Christus iudicaturus vivos et mortuos,

CAPUT III.

THEOLOGIA PRACTICA.

§. I.

Moralis.

1) Regula actionum humanarum alia externa est, alia interna. Regula externa sunt Leges. 2) Hae vel gravem important obligationem vel levem: hinc peccata vel gravia sunt vel levia. 3) Etiam leges humanae, sive Ecclesiasticae fuerint, sive civiles, obligant in conscientia. 4) Regula interna est conscientia. 5) Agens cum conscientia dubia peccat in eadem specie, sub qua malitiam actionis apprehendit. 6) Ut imputari possit actio quaedam, requiritur deliberatio intellectus, et consensus voluntatis. 7) Hinc motus concupiscentiae primo primi in peccata imputari non possunt. 8) Singuli Christiani tenentur facilius per vitam elicere actus virtutum theologicarum.

§. II.

Pastoralis.

1) In Sacramentorum administratione, ubi agitur de valore Sacramenti pars tutior semper est eligenda. 2) Unde recte rebaptizantur baptizati ab obstetricibus. 3) In confessionis negotio damnandus est nimis



nimius rigor, sicut et nimia laxitas vitanda. 4) Pe-
sime illud aegroti inungendi tempus expectat Paro-
chus, cum omni jam spe reconvalescendi amissa vita
et sensibus caere incipiat. 5) In Ministro Sacra-
mentorum non requiritur ad Valorem fides aut pro-
bitas, peccat tamen minister, qui in statu peccati mor-
talis sacramenta conficit. 6) Gravis incumbit obli-
gatio Parochis eorum in Religione notitiam tentandis,
qui matrimonium contrahere optant.

§. III.

Selecta quaedam ex Historia Ecclesiastica Capita.

1) Petrus fuit Romae, ibidemque usque ad
mortem suam urbis illius Episcopatum gessit. 2)
Primis Ecclesiae temporibus jam in omnes orbis par-
tes diffusa erat religio Christiana. 3) In primis Ec-
clesiae saeculis viguit disciplina arcana. 4) Stephanus
excommunicatio in Cyprianum et reliquos Africae
praefules haesit tantum intra minas. 5) Nectarius Con-
fessionem publicam, non sacramentalem sustulit. 6)
Ad rite intelligenda Ecclesiae Germanicae jura maxi-
mi momenti est Epocha Conciliorum, Constantiensis
et Basilicentis.

ULB Halle
005 361 826

3



vDn8






8
7
6
5
4
3
2
1
inches
19
18
17
16
15
14
13
12
11
10
9
8
7
6
5
4
3
2
1
Centimetres

B.I.G.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black



1787.3.
TIANI
NTIA
M
ONIS
UM
OLOGICA
THEOLOGIA
CATHOLICA
NA
ONORIBUS
IS
MITTIT
TOBER,
N HOSPITALI
N. BAPT.
S
XXXVII.
ORA II - IV.
ICA.
D J. J. ALEF.

